970

Godlewski Consorti Suæ Debet.

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Stanislaus Godlewski sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum præsentem attinet

1061

se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosæ Helizabethæ Iaruska primarum olim Generosi Alberti Plaszynski ad præsens vero secundarum nuptiarum sui Recognoscentis Consorti legitimæ et ipsius successoribus summam Quadringentorum Florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno currentis quemlibet Florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando, certi, veri, iusti et liquidi debiti mutuatæ apud ipsum per se Recognoscentem pecuniæ tenetur atque debet. Quam quidem summam supra scriptam Quadringentorum Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Generosus Stanislaus Godlewski

se ac suos

se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis, et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisque pecuniariis quibuscunque habitis et habendis supranominatae Generosae Helisabethae Janska Consorti suae legitimae, Creditricique suae et ipsius successoribus hinc et ab actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno proxime Venturo realiter et in effectu soluturum et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus repositurum et relicturum repositamque et relictam rursus ad eodem officio non efficere iussurum nec arestaturum, vel quovis alio modo ad solutionem summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus. Idque sub Vadio summae Quadringentorum Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius posteros supranominatae Consorti et Creditrici suae eiusque successoribus, ob non solutionem summae suprascriptae Quadringentorum Florenorum Polonicalium pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo ac summa ipsa Principali non soluta soluenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Stanislaus Godlewski aut eius successores. Ad Instantiam Suprascriptae Generosae Helisabethae Janska Consortis Creditricisque suae, sive eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante

972 +

semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Vadium praefactum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum peremptorium primum, Vti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate, successorum legatione intra Vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitorem, Vel aliis quibusvis, dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Vltra proximos officy praefati Castrensis Praemisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalisq Juris praescriptione Terrestri, bello, Conuentione, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis alio evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia post Dominicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

29 | III

Zielonka Mniszchow Quietat